



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **M. Ant. Mvreti Variarvm Lectionvm Libri XV**

**Muret, Marc-Antoine**

**Antverpiæ, M. D. LXXXVI.**

Cap. 7. Illustratus locus ex Aristotelis categoriis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70864](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70864)

Illustratus locus ex Aristotelis *Categoriis*.

## CAPVT VII.

**A**RISTOTELES in extremo libro *Categoriarum* cum docuisset multis modis *habendi* verbum accipi, addit: λέγει ὅτι ὁ ἀνὴρ γυναικὴ ἔχει, ἢ ἡ γυνὴ ἀνδρα. Quid autem illud sit, cum vir mulierem, aut mulier virum habere dicitur: id quia vulgò non facile intelligi video, explicabo. Is ergo mulierem quam suam habere dicebatur, aut qui eam uxorem duxerat, aut etiam cui illa dicto audiens erat, qui ad eam, pro suo iure, cum volebat, ventitabat, eaque ad arbitrium suum fruebatur. atque ita dictum est olim ab Aristippo, ἔχω Λαίδα, ἀλλ' ἐκ ἔχουμαι. & apud Lucianum: τὸ σπαώπλιον θαὶ τὴν Ἀχαρνάνα, ὅς παλαι μὲν Ἀβρόπιον ἔχεν, ταῦτα δ' ἡγάδη ἐμῶ, οἶδα; neque non Latini idem eodem verbo indicabant. vt Cicero, qui illum voluptarij philosophi dictum, quod modò memorauimus, ita extulit: Sed tamen ne Aristippus quidem ille Socraticus erubuit, cum esset obiectum, habere eum Laida. habeo, inquit, non habeor. Græcè hoc melius. tu, si voles, interpretabere. Nam illum Ciceronis locum, in hoc ὁ δὲ πάρεργον admoncam, ita legendum iudico: ὅτι quas omisi voces, glossas esse. neque alio sensu dictum est à Terentio:

— heus puer,

Dic sodes. quis heri Chrysidem habuit?

ad eandem etiam rem exprimendam *ductandi* verbum utebantur. vt enim ductat exercitum is, cui pareat exercitus: ita ductare mulierem dicitur is, cui illa obtemperat, morigeraque est in rebus omnibus. Plautus:

*Solus solitudine ego sed atque ab egestate abstuli.**Solus si ductim, referre gratiam nunquam potes.*

Solus ductato, si semper solus qua poscam dabis.

& eodem modo Terentius.

Ut phaleratis dictis ducas me, & meam ductis gratis?

atque ita intelligendum est illud Fabij libro Octavo: Ductare exercitus, & patrare bellum, apud Sallustium dicta sancte & antiquè, videntur à nobis, si diis placet. Nam de illo altero verbo in Catullum diximus. Sed & idem significantes, mulierem cum aliquo esse dicebant. Plautus:

Mane, mane, audi. dic quid me aequom censes pro illa tibi dare,

Annum hunc ne cum quiquam alio sit? Idem:

Diabolus filius Nicocli Clereta

Lena dedit dono argenti viginti minas,

Thilanium ut secum esset noctes & dies,

Hunc annum totum.

Græci autem *σωμικῆ* sapius, ut videtur, *περὶ τῆς ἐνεργείας αἰτίας*, hoc est, de ipsa corporum commistione accipiebant. non nunquam tamen aliter, ut, *ὁ μὲν ἡλικιώτης σου χερμίδης, ὁ δὲ γέροντος Αἰσαίνετος υἱός, γαμῆρ ἡδὴ, καὶ σφοδρῶς, σὺ δὲ μέχρι τίνος ἑταίρα Ἰωάνης*; Neque non Aristoteles ipse significavit, se hoc, quod dico, intelligere: sed tecto verbo, & pudoris ac verecundia pleno. subiunxit enim: *ἔδ' ἐν γὰρ ἄλλο τι εἶχεν γυναικῶν σημαίνοντα, ἢ ὅτι σωμικῆ*. nam *σωμικῆν* si quis hoc loco idem valere putat, quod in iisdem verbis degerere, ac non illud potius ipsum, quod supra dixi *περὶ τῆς ἐργείας*, fallitur. ita enim eos hoc quoque usus esse constat. Hippocrates, *περὶ παρθενίων. Κελεύω δὲ ἐξῶγε τὰς παρθένας, ὁπόταν τὸ τοιοῦτον πάσῃ, ὡς τὰ χεῖρα ἔσωμικῆσαι ἀνδράσιν*. Andocides: *καὶ συνώμικῆς ὁ πάντων χερμίδων ἀνδρῶν τῆ μῆτι καὶ τῆ θυγατέρι*. Lucianus, *Θεῶν νέσεις. Δοκεῖ τις ἀπὸ σωμικῆν Ἰδαία γυναικῶν*. & Laërtius in Aristippo: *Πρὸς τὴν ἀπώμενον ὅτι ἑταίρα σωμικῆς*.

at Mureti  
his Lectiones  
LIB  
25

σιωπικῆ, ἀλλά γὰρ εἰπεῖν μὴ τι διενέχουσι οὐκ ἴσθαι, πολλοὶ ποτε ἔκτισαν, ἢ μηδεὶς; id autem quod vocatur  
 Cιωπικῆν, paulo infra vocat συνέειναι.

Correcti loci duo è primo libro Topicorum. Item alio  
 quinto Ethicorum. CAP. VIII.

**L**IBRO primo De Arte Dialectica, quæ Topicorum  
 vocantur, ita scriptum est: Εξομεν ἢ τελείως ἢ μέ  
 δον, ὅταν ὁμοίως ἔχουμεν, ὡσπερ δὴ ῥητορικῆς, καὶ ἰατρικῆς, καὶ  
 τοιούτων δυνάμεων. τῆτο δὲ ὄστι, τὸ ἐκ τῆς ἐνδεχομένην ποιῆν ἢ ἀπο  
 θεραγεία. semper autem mihi suspectus fuit is  
 locus: neq. vnquam aliter mihi persuadere potui, quod  
 totum illud, τῆτο δὲ ὄστι τὸ ἐκ τῆς ἐνδεχομένην ποιῆν ἢ ἀπο  
 θεραγεία, inducendum esse: neque scriptum ab Aristote  
 le, sed temerè inculcatum ab aliquo imperito. nullus  
 enim iis verbis videtur subesse sensus: etsi non leu  
 nescius, quomodo ea vulgò accipi soleant. sed qui pu  
 gatas aures habent, facillè mihi hoc, vt sperare videat  
 assentientur. Neque leue argumentum ad hanc con  
 iecturam firmandam putari debet: quòd vetus Lati  
 nus interpret facit à me; illaque verba omnino non  
 agnoscit. nam constat eum & expressisse, si non elo  
 ganter, fideliter quidem certè, omnia quæ repererunt  
 & vsum libro, ἀμείχανον ὄσον, meliore & emendatioribus  
 iis omnibus qui nunc circumferuntur. Alexander quoque  
 que, aut quisquis est Græcus ille, qui Commentarium  
 scripsit, nullo modo ea videtur agnoscere. quòd magis  
 magis, vt in sententia permaneam, facit. Sed & paulo  
 infra, eodem modo peccatum est. vbi enim vulgò legi  
 gatur: ἐστὶ ἢ ἀεὶ ἴσα καὶ τὰ αὐτὰ, ἐξ ὧν τε οἱ λόγοι, καὶ οἱ  
 οἱ συλλογισμοί. γίνονται μὲν γὰρ οἱ λόγοι ἐκ τῆς ἀποστάσεως, καὶ οἱ  
 ἢ οἱ συλλογισμοί, τὰ ἀποβλήματά ὄστι: ibi ergo neminem,  
 qui Aristotelicam dicendi rationem calleat, dubitatu  
 rum puto